



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cura Salvts, Sivæ De Statu Vitæ Mature ac Prudenter Deliberandi Methodus

Hevenesi, Gábor

Coloniae, 1716

VD18 13912755

Affectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50144)

Affectus.

O Domine! Judex vivorum & mortuorum, coram cujus tribunali mihi quoque comparandum erit, ut recipiam prout gesserō in corpore, sive bonum, sive malum; & ideo fragilitatis meae conscius totus contremisco, ac ut iram tuam affugiam, sollicitus adlaborō. Tu Domine adjuva conatum hunc meum, ut eum vitæ statum, te illuminante nunc eligam, in quo de dictis, & factis meis faciliorem tibi reddere possim rationem. Tuum hac in electione iudicium, non hominum placitum sequi mihi est statutum, non timebo eos, qui ad sequiora invitant, sed eum timebo, illius instinctus observabo, qui me iudicabit.

Deliberans ad infernum descendat pro Consilio.

Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante. Isa. 33.

I. **I**n bivio stas, quisquis de statu vitæ deliberas, cui te vitæ tutō committere possis ambiguus: cave hic, si ullibi, ne id, quod prima fronte occurrit, arripias, verū rem profundius rimare, quisve semitarum, quas inter me-